magna & in manu robusta. Ne
queso dicant egyptii callide
eduxit eos ut interficeret in
montibus & deleret de terra.
quiescat ira tua & esto placa
bilis super nequitiam populi tui. Re
cordare abraham ysaac & israel
seruorum tuorum: quibus iurasti per
temetipsum dicens. Multiplica
bo semen uestrum sicut stellas ce
li & uniuersam terram hanc de qua
locutus sum dabo semini uestro
& possidebitis eam semper. Pla
catusque est dominus ne faceret ma
lum quod locutus fuerat & miser
tus est populo suo. dominus deus noster.

GR. Exurge domine fer opem nobis & libera nos propter nomen tuum. V. Deus auribus nostris audiuimus patres nostri annuntiauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum in diebus antiquis.

In illo tempore: Iam die secundum Iohannem
festo mediante: ascendit ihesus
in templum & docebat. Et mira
bantur iudei dicentes. Quomodo
hic litteras scit: cum non didice
rit. Respondit eis ihesus & dixit.
Mea doctrina non est mea: sed eius

ego a me ipso loquor. Qui a
semetipso loquitur: gloriam propriam
querit. Qui autem querit gloriam
eius qui misit illum: hic uerax
est & iniusticia in illo non est.
Nonne moyses dedit uobis le
gem: & nemo ex uobis facit le
gem. Quid me queritis interfi
cere. Respondit turba & dixit.
Demonium habes. Quis te querit
interficere. Respondit ihesus &
dixit eis. Unum opus feci & omnes
miramini. Propterea moyses de
dit uobis circumcisionem: non quia
ex moyse est. sed ex patribus.
& in sabbato circumciditis homi
nem. Si circumcisionem homo ac
cipit in sabbato ut non soluatur
lex moysi: michi indignamini
quia totum hominem sanum feci
in sabbato. Nolite iudicare se
cundum faciem: sed iustum iudi
cium iudicate. Dicebant ergo
quidam ex ierosolimis. Nonne
hic est quem querunt interficere.
Ecce palam loquitur: & nichil
ei dicunt. Numquid uere
cognouerunt quia hic est. quia
hic est christus. Sed hunc scimus
unde sit: christus autem cum uenerit
nemo scit unde sit. Clamabat
ergo docens in templo ihesus &
dicens. Et me scitis & unde

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 3, fol. [2]r – Noted missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-vnom/7112/69740)